

2

L. N. 7.

AD

BENIGNE AVDIENDAM

# ORATIONEM ALTERO REFORMATIONIS LVTHERANÆ IVBILAEO

IN

**GYMNASIO MERSEBURGENSI**

DIE III. NOVEMBRIS MDCCXVII, HORA II, POMERID.

HABENDAM

OMNES MERSEBURGI DEGENTES REI LITTERARIAE

PATRONOS ATQUE FAVTORES,

QVO DECET, OBSEQVIO ET OFFICIO

INVITAT

ERDMANNVS VHSEVS, RECTOR,

MERSEBURGI, TYPIS CHRISTIANI GOTTSCHIKII.

Magnifico Drno. Schaeffer, Iuris, Arte,  
cessor et Canonig. Merseburgensis Gra;  
vissimo mittit

Ell



Erras nostras Saxonicas præ multis aliis plurimis gaudere prærogatiis qui affirmat, à vero certe, non aberrabit, & consentientes habebit singulos qui eadem regiones oculis suis lustrant curatus, quas prærogatiis ut hic loci allegare omnes minus duco necessarium, ita eam puto maximam lucem illam Euangelicam, quæ post tantam per multa secula durantem caliginem, summo providente Numine B. Lutheri ope in dictis

terris duabus abhinc seculis iterum prodire cepit. Nemo autem mirabitur, doctrinam illam repurgatam non statim vbique in Saxonia locorum avide, vt decüsset, fusse receptam, cum fuerint non pauca, qvæ, quo minus illud fieret, obſtruerunt, inter quæ primo forte loco referendum tenacissimum Georgij illius Barbati, Saxonum Ducis, in protegenus Pontificiorum erroribus ac superftitionibus ingenium ſtudiumqve, quem ea propter Lutherus diaboli vocaſe dicitur Apostolum. Interdum ite Princeps fatis & amicum in Lutherum probebat animum, qvem ideo & ille religionis noſtræ defensor generotissimus meritis proſectus est laudum praconis, inter alia teſtatus, eu- dem principali clementia & munificencia nihil omifife, qvod ad felicissimum diſputationis Anno 1519.

Lipsiæ habitz eventum facere potuſſet, narrando, vt Princeps convivio exceptum ſe ac Eccium manu palpaverit ſua. Cum etiam Epifcopus Mersburgensis, Adolphus, ex Anhaltinorum Principum Familia ortus, Lipſienſis Academizæ fundationis legibus Cancellarius, à dicta diſputatione vehementer abhorret, Georgius Saxo ipſum ad eam permittendam omnibus, moveare laboravit viribus, ſub epiftola a eum directa finem rogans, ut ſe virum & ipſo factō ac opere Epifcopum ostenderet.

Neque id potest non in ipſo hofte merito comprobari, qvod, vbi ple- rique Princeps, imprimis Eccleſiaſtici, fvaſerant, vt Lutherus contra imperatorem A. 1521. ab Imperatore Carolo V. salvum conductum Wormatia retentus in vincula con- jiceretur, Georgius confilii illud ignobile Imperioque & capite ejus ſummo plane in- dignum improbans aperte diceret:

*Principes Germanos hanc turpititudinem, maxime in*

*bijce primis Caſaris comitiis, admifſuros neutigraue eſſe, vt fidem datam violarent; non convenire*

*hoc cum priſcis Germanorum moribus, ſed feruari debere, que promiſſa fuerint.*

Ille ipſe Princeps abuſus in Eccleſia reformatoſis eſſe agnoscet, ſed indignabatur, qvod ab unico

Monacho ex angulo, ſcilicet Lutheru, opus illud maxime arduum ſuſcipereetur, & li-

cet à confiliis Electorū Saxoniz, agnati ſui, ferre ſemper alienus interque iſtigatores aut approbatores Ediſti illius Wormatiensis non poſtremus, in comitiis tamen Wormatia A. 1521. iſtitutis de Eccleſia reformatione admodum fuit ſolicitus, duodecim capi-

tibus gravamina ſua exhibens. Volvebat autem reformationem quādam animo ad

eam forte formam, quam Erasmus aliique preſcribebant, ſive qvod Lutherus ſuſcipiat

elle

esse fertur, vt opes cleri minueret, inde A. 1538. in comitiis Lipsiar habitis apud Episcopos Misnensem & Mersburgensem aliosque provinciae sua Prälatos non dissimulavit, sed publice faslus est defectus cleri in doctrina & personis, ita ut multis locis Pastores deesse & monasteria Monachis carere quereretur, consiliumque peteret, quomodo suppleri defectus possent et quid de vacantibus monasteriis statuendum esset. Hac tamen non obstante voluntate Lutheru nostro vt plurimum fuit infernissimus, & cum idem A. 1519. de gravissimis dogmatibus interque alias de Evcharistia concionatus dixisset, probari sibi aut desiderari, ut Ecclesia per Concilium aliquod universale statueret, quo in Sacramento cena vtraque, quam vocant, species populo non minus ac sacerdotibus exhiberetur, Georgius sermonem illum nauctus prolixas ad Electorem Saxoniam literas sua manu exaratas dedit, omniaque argumenta conquisivit, vt evm adversus Lutherum concitaret, censens, cavendam esse ignominiam, quæ ex hoc Lutheri scriptio in Electorem totamque Saxoniam fit redundatura: quæ enim de Evcharistia à Lutheru statuantur, Pragam five Bohemicam hæresin sapere, & ad hanc confirmandan vergere; caverre itaque monet Electorem, ne Lutherus ex Professore Wittenbergensi Episcopus aut Hæresiarcha Praga fiat. De scriptis Lutheri, imprimis contra Angliæ Regem Henricum VIII. directis, literis ad Regumentum Norimbergense d. 6. Aug. 1521. datis, vehementer est quefus poscens, ut injuria Cæsari illata punirentur, & nescio quem motum Germania metuendum esse indicans, offenso à Lutheru Anglia Regi. Cum Hieronymus Emserus, Docttor Lipsiensis & Georgii Confiliarius Anno 1523. notas in Lutheri versionem Novi Testamenti ederet, posteaque ejusdem codicis versionem ipse 1527. perficeret, Georgius diploma libro præmittebat in Lutherum omnesque cum sectantes contumeliosissimum: quicquid enim non solum ex dogmatibus aut actis ejus reprehendi posse putabat, sed & plebis rusticæ & Anabaptistarum excessus omnes ei obijicebat, maxime damna, quæ verò & publicato Novo Testamento rei Christianæ dedisset, exaggerans. Quam itaque ille Georgius Lutheri reformationem parvum improbarit, partim impediens, ex his & aliis satis potest intelligi. Die 16. Novembris 1521. adorabatur Johannem, Saxoniam Ducem, sua scribens manu & conquerens, quod hoc tempore renascentur errores, pro quibus majores (contra Bohemos) sangvinem fudiissent suum: narrabat deinde gesta Wittenbergæ ab Augustinianis, quæ Electori ipsi dispuicissent, neque tamen ejus iussis impedita essent; S. Antonij reliquias (quas nempe cum suis & tintinnabilis discurrentes Monachi circumferabant) cœno conspurcas esse; Cygneæ in Sacerdotem Sacramentum ferentem lapides esse conjectos; Präpositum Kembergensem uxorem duxisse; esse, qui nullam habeant religionem & anima immortalitatem negent, & hæc omnia ex Lutheri promanaæ doctrina. Orabat itaque, vt apud Electorem fratrem efficeret, quo suspicionem illam purgaret, five puniendo novatores, five palam profitendo, quæ bona esse putaret, se juncturum cum agnatis consilia esse & plura indicaturum, tanto quidem diligentius, quanto omnes jam ad finem vita propius accederent, id quod barba testarentur ac pili. In literis d. 21. Martij 1522. ad Fridericum, Electorem Saxoniam, datis in fine air: *Lutherus dulce canit, sed cauda venenata ferit ut scorpio.* Cum Henricus, Dux Saxonie, Evangelicæ doctrinæ sese addixisset, & 1537. in ditione sua reformationem suscepseret, Legatique Electoris Saxonici circa festum Pentecostes Freibergam venturi essent negotium hoc adiuturi, Georgius triduo ante d. 17. Maii ad illum Henricum, fratrem suum, scribens ei in memoriam reuocavit, qua suo & illius nomine Cæsari promisisset, quod nempe in ueteri religione ad Concilium usque perseveraturi essent: iam uereri se, ne ex consilio Electoris ageret, quæ promissioni isti minus conuenient, & ipso essente maxime indigna. Hic Euangelicæ doctrinæ hostis acerbissimus non acquieuit in foliis uerbis, sed ab iis sese convertit ad uerbera, Lutheranos quo potuit rigore persecutus. Postquam enim ex Regimine Cæsareo Norimbergæ absente Cæsare stabilito, Electore Palatino præsidente, d. 20. Januar. 1522. mandatum ad Principes publicatum fuerat, vt coercerent profanatores sacra cena, communionem sub vtraque usurpantes, & Clericos vxoratos, hoc exasperans Georgius, qui eo tempore ex Principum ordine confessui aderat, condito Norimbergæ circulus Febr. edito, in prouincia sua carceri includi & poena seruari iussit Monachos atque Presbyteros, qui Lutheri dogmata prædicarent, vt & omnes, qui sub vtraque sacra cena uerterentur. Eodem anno men-

3KII 2065

X 3395020

V 18  
mense Novembr. emisit mandatum de tradendis Noui Testamenti libris à Lutherò uer-  
fis, quos sua pecunia à subditis redimebat, seuere punitis, qui retinebant. Visi-  
tauit etiam incitatus à Duce, Academiam Lipsiensem Episcopus Mersburgensis, & graui-  
simis penis denunciatis lectionem Noui Testamenti à Lutherò editi, nec non excusum  
ad conciones in vicina Electoris ditione audiendas, prohibuit. An. 1523, in Misnia  
& Thuringia, qua Georgio vtraque parebat, carcere, mulctis, exiliis, paulo post etiam ca-  
pitalibus suppliciis contra orthodoxos est fuitum. An. 1524, eadem fæxitia grafla-  
batur Georgius imprimis aduersus Lipsienses, ex quibus, duro licet Principis & Episco-  
pi Mersburgensis ac vniuersi Cleri iugo pressis, multi doctrinæ Euangelicæ magno fla-  
grabant desiderio, sed multis, carcere, exiliisque coerciti meliora tempora expectare coge-  
bantur. Capite tunc publice in foro Lipsiensi plexus est Johannes Hergotius, Bi-  
bliopolis; Ex Academicis Magister quidam, Sebaitianus Fretschelius, instigante Epi-  
scopo, Lutheranisi causa captus & in exilium eiectus est; alii Mersburgum missi, in  
carceribus Episcopi, dum viverent, habendi, nec multo post duo alii ex ciubus capite  
funt truncati. An. 1533, Georgius in suo proposito uehementer perstabat, & diuer-  
sum à se suisque Theologis sentientes in suis prouincias ciues non paucos multabat aut  
carcere aut exilio, qui uel cibis illicitis aut ueritis uescabantur, uel aliena tempora frequen-  
tabant, uel Sacramentum Christi iuxta institutum Pontificis non sumebant. Sacerdo-  
tes, quos deprehendebat, Stolpam aut Mersburgum Praesulibus mittebat excruciantes,  
quorum aliqui addicti perpetui sunt uinculis, aliqui penuria & fetore carcerum perie-  
runt; defuncti ibidem per lictores aut carnificem vehicula in loca profana trahebant & in  
morticiinis sepulti sunt. Nonnullis, qui exultatum ex viribus deducebantur, manu tor-  
toris aut lorarii pannus non consutus, sed media parte scissus, vnde caput exerenter, de  
humoris suspendebatur, idque Iudibiri causa. Hoc igitur ritu Georgius quidem im-  
pedit, quo minus mature lux Euangelica in terris Saxonici plene resplendoruerit, eius ta-  
men ortum hic & illuc penitus retundere neutiquam ualuit, quæ etiam successu temporis  
tanta cepit incrementa, vt tandem omnem peruersitatem Saxoniam, in eaque Dei munere  
adhuc radios suos exerat. Quod quia gratissima agnoscendum uenit mente,  
præsertim vbi alterum Reformationis istius Jubilæum, fauente summo Numine indulgented;  
Reuerendissimo ac Serenissimo Principe & Domino, Domino

**MAVRITIO WILHELMO**, Duce Saxonie & Episcopatu-  
s Mersburgensis Administratore, Domino nostro Clementissimo,  
purioris doctrinæ Euangelicæ longe amantissimo, hoc anno nobis solennissime celebrare  
contigit, & in Gymnasio nostro Episcopali cum Reformatoriis tum Reformationis aliquam  
iacere decet mentionem.

Dicam itaque nonnulla publice ego, qui hac scribo, ERDMANNVS VHSEVS,  
Gymnasi Mersburgensis Rector, proximo die Mercurii, qui in fastis erit terius Nove-  
bris, hora II. pomeridiana, in auditorio Athenæi nostri supremo, & de REFOR-  
MATORE & de REFORMATIONE IPSA. In uitatos ergo uolo omnes ac sin-  
gulos, qui cum ludo nostro non minus mihi bene cupiunt, ac ipsam B. Lu-  
theri Reformationem magni aestimant, pollicendo iis seruitia & officia sem-  
per paratissima. *Publicationem Mersburgi d. XXXI. Octobris Anno post Christumna-  
tum MDCCXVII.*



L. N. J.

AD

BENIGNE AVDIENDAM

# ORATIONEM

ALTERO

TIONIS LVTHERANÆ

B.I.G.

Black

BILAEAO

IN

MERSEBURGENSI

IS MDCCXVII. HORA II. POMERID.

HABENDAM

GI DEGENTES REI LITTERARIE

S ATQUE FAVTORES,


ET, OBSEQVIO ET OFFICIO

INVITAT

NVS VHSEVS, RECTOR,

is CHRISTIANI GOTTSCHIKIL

**Farbkarte #13**



Magnifico En: Schaper, Juris Arte  
ceps et Canonicus Merseburgensis Gra:  
rissimo militi  
ell